

Abdollatiphi Bagdadensis vita / auctore Ibn Abi Qsaiba ; e codicibus mss. Bodleianis descripsit, et Latine vertit, Johannes Mousley.

Contributors

Ibn Abī Uṣaybi'ah, Aḥmad ibn al-Qāsim, -1269 or 1270.

Mousley, John, 1771 or 1772-1819.

Harvey Cushing/John Hay Whitney Medical Library

Publication/Creation

1808

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/r2p7n8w3>

License and attribution


This material has been provided by This material has been provided by the Harvey Cushing/John Hay Whitney Medical Library at Yale University, through the Medical Heritage Library. The original may be consulted at the Harvey Cushing/John Hay Whitney Medical Library at Yale University. where the originals may be consulted.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



YALE
MEDICAL LIBRARY



HISTORICAL
LIBRARY

COLLECTION OF

Arnold P. Kleb

ABDOLLATIPHI BAGDADENSIS

VITA,

AUCTORE IBN ABI OSAIBA.

E CODICIBUS MSS. BODLEIANIS DESCRIPSIT, ET LATINE VERTIT,

JOHANNES MOUSLEY, A. M.

COLLEGII BALLIOLENSIS SOCIUS.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCVIII.

ABDOLLAHIBI BAGDADENSIS

VITAE

AUCTORE IHN ABI USAYBIA


E. COPIA... LIBRARIIS... ET LITTE...
LIBRARIIS...

JOHANNES MÖLLER, A. M.

COLLEGIUM... SOCIUM...

OXONII

STUDIOSISSIMO...
MEDICINAE...



Classics
+
Ibn Abi Usaybiah

PRÆFATIO AD LECTOREM.

PAUCIS abhinc annis in lucem prodiit liber vere aureus, cui titulus ^a ABDOLLATIPHI *Historiæ Ægypti Compendium*, edente ^b Viro omnigena eruditionis laude cumulatissimo, mihi que semper amicissimo : rem igitur Literarum Orientalium studiosis haud ingrati, nec prorsus fortasse inutilem, me aggressurum existimavi, si Auctoris Vitam e Codd. MSS. descriptam publici juris facerem.

Quum vero in variis Codd. manu exaratis Auctoris Nostri mentionem aliquam invenissem, IBN ABI OSAIBÆ *Historia Medicorum* maxime occurrebat, quam hac in parte cæteris

^a Libri hujusce, singularis prorsus et quantivis pretii, unicum exstat exemplar MS. in Bibl. Bodl. idque accuratissime exaratum, punctisque Vocabulis instructum, quod ita describit Cl. URI in Cat. MSS. Bibl. Bodl. "Codex Bombycinus, autographus, anno Hegiræ 600, CHRISTI 1203, Cairi exaratus, cui folia 65. Ibi reperitur Liber bipartitus, et ita inscriptus : *Documentum et Exemplum de Rebus visu perceptis, et accidentibus coram spectatis, in terra Ægypti* &c.——Titulus : كتاب الافادة والاعتبار في

الامور المشاهدة والكوادث المعاينة بارض مصر،

^b J. White, S. T. P. Ædis Christi Canon. Ling. Heb. Prof. Reg. et Arab. Laudian.

anteponerem; utpote quæ multo plura, atque commemoratu digniora, quam reliqui omnes contineret.

Ad OSAIBAM ipsum quod attinet, de eo apud auctores nihil fere aliud invenias, quantum scio, quam quod *Historiæ Medicorum* fuerit auctor^c. Illum vero ipsi ABDOLLATIPHO pene coævalem fuisse, vel exinde apparet, quod de eo differens hæc habeat. “Arctissima inter eum et avum meum intervenerat amicitia, qui, cum in Ægypto una essent, summa erant familiaritate conjuncti; pater etiam et patruus meus eo in studiis humanioribus magistro sunt usi. Mihi autem contigit illum videre, quum Damasci, ultima vice quo illuc profectus est, moraretur.” *Abdollatiphi Vit.* p. 5.

Porro alia etiam de causa ABI OSAIBÆ *Historiam Medicorum* præ cæteris selegi; quia operis hujusce exemplaria sint rarissima, ac præsertim quod ea quæ in Bibliotheca Parisiensi reperiantur valde sint mutila, et hac parte profus careant. Ita scilicet testatur^d Vir Cl. SILVESTER DE SACY, Lutetiæ Parisiorum Linguæ Arabicæ Professor, cujus perspi-

^c De eo ita succincte D’Herbelotius, in *Bibl. Orient.* “ABOU-OSAIBA. Ben Abi Osaïba, auteur de l’histoire de Médecins, intitulée, *Oïun al anba fi ttabecat al atbeba.*” P. 31.

^d Comme nous ne possédons ici que des fragmens de l’histoire des médecins de Mouwaffek-eddin Abou’labbas Ahmed ben Abi’lkasem ben Khalifa Khazradji, surnommé Abou-Osaïba, et que la vie d’Abdallatif, qui se trouve dans le quinzième livre de cet ouvrage, ne fait pas partie de ces fragmens, je suis ici uniquement l’extrait fait par M. White. Je ne connois

cacissimum ingenii acumen, et multifaria in literis Orientalibus eruditio, apud doctos omnes jampridem ita claruerunt, ut nullis indigeant præconiis.

In Bibliotheca autem Bodleiana duo reperiuntur Codices MSS. qui ABI OSAIBÆ opus integrum continent: alter inter Codices Pocockianos numero 356, alter inter Huntianos numero 171. insignitus. Horum priori, utpote longe limatiori, quamvis a rudi manu exarato, potissimum usus sum, posterioris auxilio, qui καλλιγραφία præstat, non nisi quibusdam in locis difficilioribus adhibito. Horum vero Codd. priorem sic describit Cl. URI in Catal. Codd. MSS. Arab. Bibl. Bodl.

“ Codex Bombycinus anno Hegiræ 869, CHRISTI 1464, transcriptus, folia 280 efficiens. Librum exhibet *Fontes Perennes*^e nuncupatum, in quindecim classes seu sectiones distributum, quo Medicorum celebriorum, qui nimirum in Græcia, Ægypto, Syria, Arabia, Persia, Mesopotamia, aliisque regionibus, doctrinæ et ingenii laude floruerunt, vita et elogia referuntur, auctore AHMED IBN ABILCASEM, Medico, qui vulgo IBN ABI OSAIBA^f vocatur. *Catal.* p. 157.

que trois manuscrits de la Bibliothèque nationale qui contiennent des parties de l'ouvrage d'Abou-Osaïba. Ce sont les manuscrits Arabes N^{os}. 756 et 757, du catalogue imprimé, et le N^o. 157. parmi ceux de Saint-Germain. *Magasin Encyclopédique*, N^o. 23.

^e *Titulus*: كتاب عميون الانبا في طبقات الاطبا

^f *Auctor*: تاليف الطبيب الفاضل احمد ابن ابي القسم المعروف بابن ابي اصيبعد

Sed Cod. MS. posterioris descriptionem ideo pluris æstimandam puto, quod *Historiæ Medicorum* Sectiones, five Capita, exhibeat, ac totius operis rationem fufius explicet.

“Codex bombycinus, anno Hegiræ 1075, CHRISTI 1664, exaratus, foliis 296 constans. Eo continetur Liber de Classibus Medicorum, in capita quindecim distinctus, inscriptusque, *Fontes Perennes*. Caput primum agit de Medicinæ origine; secundum de primis Medicis; tertium, de Medicis, qui ex ÆSCULAPII nati profapia sunt; quartum, de Medicis ex HIPPOCRATIS Schola exortis; quintum, de Medicis, quos GALLENUS produxit; sextum, de Medicis Christianis, qui ante MOHAMMEDEM Alexandriae floruerunt; septimum, de Medicis, qui inter Arabes in Islamismi principio excelluerunt; octavum, de Medicis Syris, qui Abbasidarum tempore claruerunt; nonum, de Medicis, qui Libros Græcos in sermonem Arabicum converterunt; decimum, de Medicis, qui in Iraka et Mesopotamia famam sibi pepererunt; undecimum, de Medicis Persicis; duodecim de Medicis, qui in India enituerunt; tertium decimum, de Medicis Africanis; quartum decimum, de Medicis, qui in Ægypto eluxerunt; quintum decimum, de Medicis Syris.” *Catal.* p. 158.

Reperitur etiam § in Bibl. Bodl. Codex MS. qui hujusce operis partem tantum continet; “incipit a sectione decima,

terminatur in quinta decima ^h;" at Abdollatiphi Vitam non habet.

Denique in eadem Bibliotheca adſervatur Cod. MS. recentioris ævi, OSAIBÆ opus integrum, exceptis quinque ſectionibus prioribus, continens, a WILDIO Anglo exaratus, qui ex collatione duorum MSS. Pocock. 356, et Hunt. 171, conflatus eſſe videtur.

Ad Verſionem autem Latinam quod attinet, ſi Auctoris ob miram plane brevitatem difficillimi ſcopum quibuſdam in locis aliquando non fatiſ attigerim, ab iis omnibus, qui revera literis Orientalibus probe inſtructi ſunt, veniam me impetratum, facile inducor ut ſperem.

Interim minime pigebit in opuſculum hoc levidenſe me tantum contuliſſe ſtudii, et mea qualicunque opera pro virili elaboraviſſe, uti quam limatiſſimum in lucem prodiret; ſcilicet ne torpeſcat manus, et quo tandem ad majora, ſi modo facultas data fuerit, paratior aliquando poſſim accedere.

^h Vide URI Catal. p. 170.

terminantur in prima decima, et Abbatis Viti non
habet.

Incipit in eadem Bibliotheca Bibliotheca Cod. 318. 4-
centis xvi. Cetera opera integra, exceptis paucis
scripturis prioribus, continetur a Wlrico Ayno exarata,
qui ex collatione duorum MSS. Focor. 216. et Hunt. 171.
constat esse videtur.

Ad versionem autem Latinam quod attinet, si Auctori ob
magna parte peritiam dactylimi scriptum dictionem in
loco aliquid non esse videtur, ab his emendat, qui recte
sunt Orientalibus probe instructi sunt, vixit tunc impera-
torum facile inducat ut sperem.

Incipit incipit perit in epistulam hoc videtur me
tantum consulis hanc, et tunc quibusque opera pro viti
elaboravit, ut peram hinc hinc in lucis prodiret; tunc
et ne torpescit manus, et pro tandem ad vicia, si modo
facultas dicit fuerit, pariter aliquid possim accedere.

Incipit in eadem Bibliotheca Bibliotheca Cod. 318. 4-
centis xvi. Cetera opera integra, exceptis paucis

scripturis prioribus, continetur a Wlrico Ayno exarata,
qui ex collatione duorum MSS. Focor. 216. et Hunt. 171.
constat esse videtur.

Ad versionem autem Latinam quod attinet, si Auctori ob
magna parte peritiam dactylimi scriptum dictionem in
loco aliquid non esse videtur, ab his emendat, qui recte
sunt Orientalibus probe instructi sunt, vixit tunc impera-
torum facile inducat ut sperem.

Incipit incipit perit in epistulam hoc videtur me
tantum consulis hanc, et tunc quibusque opera pro viti
elaboravit, ut peram hinc hinc in lucis prodiret; tunc
et ne torpescit manus, et pro tandem ad vicia, si modo
facultas dicit fuerit, pariter aliquid possim accedere.

ABDOLLATIPHI VITA,

AUCTORE

ABU ABBAS AHMED BEN ABULCASEM
BEN ABI OSAIBA ALKHAZARGI.

موفق الدين عبد اللطيف

بن يوسف البغدادي

هو الشيخ الامام الفاضل موفق الدين ابو محمد عبد اللطيف بن يوسف بن محمد بن علي بن ابي سعد ويعرف بابن اللباد موصلني الاصل بغدادني الهولد كان مشهورا بالعلوم متحلي بالفضائل مليح العبارة كثير التصنيف وكان متميزا في النحو واللغة العربية عارفا بعلم الكلام والطب وكان قد اعتني كثيرا بصناعة الطب لها كان بدمشق واشتهر بعلمها وكان يتردد اليه جماعة من التلاميذ وغيرهم من الاطباء للقراءة عليه وكان والده قد اشغله بسماع الحديث في صباه علي جماعة منهم ابو الفتح محمد بن عبد الباقي المعروف بابن البطي وابو زرعة طاهر بن محمد المقدسي وابو القاسم يحيى بن ثابت الوكيل وغيرهم وكان يوسف والد الشيخ موفق الدين مشغولا بعلم الحديث بارعا في علوم القران والقراءات مجيدا في المذهب والخلاف والاصوليين وكان منظرنا من العلوم العقلية وكان سليمان عم الشيخ موفق الدين فقيه

MOWAFFEKKEDDIN ABDOLLATIPH

BEN YUSEF BAGDADENSIS.

IPSE est Doctor, Antistes egregius Mowaffekkeddin Abu Mohammed Abdollatiph Ben Yusef Ben Mohammed Ben Ali Ben Abi Saad, qui et Ibn'ollabad cognominatus est; stirpe Mauselenfi oriundus, Bagdadi natus. Scientiarum laude celeberrimus erat, virtutibus egregiis imprimis ornatus; eloquentiæ facultate excellens, auctor copiosus. Grammaticæ et linguæ Arabicæ peritia maxime excelluit, nec non Theologia Scholastica et Medicina. Quum Damasci commoraretur, *πραξι* medicinæ sedulo incubuit, solidamque ejus sibi acquisivit scientiam. Multi mortales ad eum, cum discipuli, tum medici alii, qui ei prælegenti adessent, ventitare solebant.

Porro ineunte ætate, animum ejus traditione sacra imbuendum curaverat pater, multis ei præceptorum munere fungentibus, inter quos connumerandi sunt Abulfatah Mohammed Ben Abdolbaci, Ibn'ol Bati cognominatus, Abu Zaraa Taher Ben Mohammed, Hierosolymitanus, et Abu'lcasem Yahya Ben Thabet, præfectus.

In studio traditionis sacrae multum impendebat operæ pater ejus Yusef; vir, qui in iis quæ ad Coranum ejusque lectionem pertinent optime erat versatus; quoad sectam vero, tum orthodoxam, tum hæreticam, et fundamenta religionis, celebris evasit, cum jam scientiis intellectualibus mediocriter tantum esset imbutus. Avunculus ejus Soliman juris rerumque divinarum scientia excelluit.

مجيد وكان الشيخ موفق الدين عبد اللطيف كثير
 الاشتغال لا يخلي وقتا من اوقاته من النظر في الكتب
 والتصنيف والكتابة والذي وجدته من خطه اشيا
 كثيرة جدا بحيث انه كتب من مصنغاته نسخا
 متعددة وكذلك ايضا كتب كتبا كثيرة من
 تصانيف القدماء وكان صديقا لجدي وبينهما صحبة
 اكيدة بالديار المصرية لها كانا بها وكان ابي وعبي
 يشتغلا عليه بعلم الادب واشتغل عليه عبي ايضا
 بكتب ارسطوطاليس وكان الشيخ موفق الدين كثير
 العناية بها والفهم لمعانيتها واتي الي دمشق من الديار
 المصرية واقام بها مدة وكثر انتفاع الناس بعلمه ورايته
 لها كان مقبها بدمشق في اخر مرة اتي اليها وهو
 شيخ نحيف الجسم ربع القامة حسن الكلام جيد
 العبارة وكانت مسطرته انصح من لفظه وكان رحمه
 الله ربها تجاوز في الكلام لكثرة ما يري في نفسه
 وكان يستنقص الفضلاء الذين في زمانه وكثيرا من
 المتقدمين وكان وقوعه كثيرا جدا في علماء العجم
 ومصنغاتهم وخصوصا الشيخ الرئيس ابن سينا ونظراه
 ونقلت من خطه في سيرته التي الغها ما هذا مثاله
 قال اني ولدت بدار لجدي في درب الغالوزج في

Porro adeo insigni erat diligentia Mowaffekkeddin Abdol-
latiph, ut nullo omnino cessaret tempore, quin aliquid vel lege-
ret, vel componeret, vel scriberet. Scripta autem quæ ejus
manu exarata inveni permulta sunt: quippe non tantum plura
ex sui ipsius operibus sed etiam ex libris antiquorum ex-
emplaria descripserat. Arcētissima inter eum et avum meum
intervenerat amicitia, qui, cum in Ægypto una essent, summa
erant familiaritate conjuncti; pater etiam et patruus meus eo
in studiis humanioribus magistro sunt usi: quorum posterior
in libris Aristotelis legendis eum secutus est, utpote qui in eum
auctorem multum impenderet studii, et sensum ejus penitus
perspectum haberet. Relicta Ægypto Damascum proficisceba-
tur, ubi aliquandiu moratus est. Ibi ex doctrina ejus et fausto
adventu multum utilitatis perceperunt homines. Mihi autem
contigit illum videre, quum Damasci, ultima vice qua illuc
profectus est, moraretur. Gracili erat corpore, statura me-
diocri, blando sermone præditus, animi sui sensa eleganter ex-
primens. Scripta ejus magis perspicua erant, quam quæ viva
voce edebat. Sæpenumero modum excessit in sermone propter
copiam ac multitudinem eorum, quæ ipse animo suo complec-
teretur. Homines præstantes, qui ei æquales erant, et multos
quoque ex antiquis, parvi pendebat. Præcipue vero in doctos
Persas, eorumque opera, invehere solebat; et imprimis in
Doctorem summum Avicennam, et eos qui illum sequeban-
tur. Hoc in loco visum est narrare quæ de vita ejus sua
manu conscripta inveni; quorum exemplar sequitur.

“ Natus eram in domo avi mei apud plateam Alfaludhg dic-

سنة سبع وخمسين وخمسة وستين وتربيت في حجر الشيخ
 ابي النجيب لا اعرف اللعب واللهو واكثر زماني
 مصروف في سماع الحديث واخذت لي اجازات من
 شيوخ بغداد وخراسان والشام ومصر وقال لي والدي
 يوما قد سبعتك جميع عوالي بغداد والحققتك في
 الرواية بالشيوخ المسمان وكنت في اثنا ذلك اتعلم
 الخط وتحفظ القران والفصيح والمقامات وديوان المتنبي
 ونحو ذلك ومختصرا في فقه ومختصرا في النحو فلما
 ترعرت حملني والدي الي كمال الدين عبد الرحمن
 الانباري وكان يومئذ شيخ بغداد وله بوالدي صحبة
 قديمة ايام التفقه بالنظاميه فقرات عليه خطبة الفصيح
 فهذا كلاما كثيرا متتابعا لم افهم منه شيئا لكن
 التلاميذ حوله يعجبون منه ثم قال انا احقر من تعليم
 الصبيان احمله الي تلميذي الوجيه الوسطي يقرا عليه
 فاذا توسطت حاله قراء علي وكان الوجيه عند بعض
 اولاد ريبس الروسا وكان رجلا اعبي من اهل الثروة
 والمروة فاخذي بكنتي يديه وجعل يعلمني من اول
 النهار الي اخره بوجوه كثيرة من التلطي فكنت

tam, anno (Hejræ scil.) quingentesimo quinquagesimo septimo, et in gremio Doctissimi Abulnajeb educatus; apud quem, omni ludo jocoque longe a me remotis, tempus fere omne in sacra traditione audienda terebam. Multum etiam utilitatis e claris hominibus Bagdadi, Chorafini, Syriæ, et Ægypti percipiebam. Tandem die quodam dixit mihi pater, Jam te, fili mî, scientia rerum nobilium Bagdadi erudiendum, et doctrina hominum præclari ingenii imbuendum curavi. Hoc tempore, didici scripturam, et Alcoranum, et Alfah (sive *Difertum*) et Almocamat (vel *Confessus*;) et Divan τ̃ Motanabbi aliaque hujusce generis memoriæ mandabam: ad hæc, juris et rerum divinarum scientiæ et grammaticæ compendium.

Quum vero jam adultus essem, adduxit me pater ad Camaloddin Abdorrahman Alanbariensem, virum doctum imprimis, et tunc temporis Bagdadi commorantem. Ei cum patre meo amicitia erat pervetusta, ab eo usque tempore, in quo juris peritiam rerumque divinarum scientiam ex ejus ore cum fociis haurire solebat. Apud eum igitur legebam orationem Alfah: quæ quum longior esset, et in res consecutive cohærentes dilatata, quamvis discipuli circumstantes ad admirationem usque redacti essent, ego tamen de auctoris scopo nihil prorsus intelligebam. Quo animadverso, Res mihi, inquit, indigna visa est, uti pueros docere aggrederer. Deducite eum ad discipulum meum Alwagiah Alwasti, qui eum doceat, quod ille, posteaquam cum illo familiaritate essem conjunctus, lubenter fecit. Apud cujusdam primarii filium commoratus est Alwagiah: vir oculis captus, magno excelsoque præditus animo. Hic mihi, prehensis duabus manibus, ab aurora usque ad solis occasum præcepta tradere, variis adhibitis adblandimentis, non desit. Cœtui ejus interesse sole-

احضر حلقته بهمسجد الطغرية ويجعل جميع الشروح لي
 وبخاطبني بها وفي اخر الامر اقرا درسي وبخصني
 بشرحه ثم يخرج من المسجد فيذاكرني في الطريق
 فاذا بلغنا منزله اخرج الكتب التي يشتغل بها مع
 نفسه فاحفظه واحفظ معه ثم يذهب الي الشيخ كمال
 الدين فيقرأ دروسه ويشرح له وانا اسبع وتخرجت الي
 ان صرت اسبقه في الحفظ والفهم واصرف اكثر الليل
 في الحفظ والتكرار واقمنا علي ذلك برهة كلها جاء
 حفطي كثر وجاد وفهبي قوي واستنار وزهني احتد
 واستنقام وانا الازم الشيخ وشيخ الشيخ واول ما ابتدأت
 حفظ اللبع في ثمانية اشهر اسبع كل يوم اشرح اكثرها
 مما يقرأه غيري وانقلب الي بيتي فاطالع شرح الثمانين
 وشرح الشريف عمر بن حمزه وشرح ابن برهان وكلها
 اجد من شروحها واشرحها لتلاميذ يختصون بي الي
 ان صرت اتكلم في كل باب كراريس ولا ينغد ما
 عندي ثم حفظت ارب الكاتب لابن قتيبه حفظا
 متقنا اما النصف الاول ففي شهور واما تقويم اللسان
 ففي اربعة عشر يوما لانه كان اربعة عشر كراسا ثم

bam in Delubro cui Altafriat nomen, ubi mihi commentaria omne genus exponebat, et ipse de iis differebat. Tandem vero, peracta prælectione, me solum adhibuit apud quem commentarium ejus exponeret. Deinde e Delubro egressus, mihi dum una in via essemus, *hæc omnia* in memoriam revocabat. Quum vero ad domum ejus perventum esset, propositis libris istis, quibus ipse incumbere solebat, eos memoriæ mandabat, me quoque una memoriæ mandante. Deinde ad Camaloddin profectus, exercitiis ejus præfuit, et commentaria exposuit. Ego interim audire, et progressus pedentim facere non desii, donec ipsum memoriæ facultate et intelligentia præverterem; majori parte noctis ea quæ didiceram in memoriam revocando repetendoque consumpta. Huic instituto aliquantulum temporis incubui, donec ad quascunque tandem res applicita erat memoria mea, valde adaucta et perfecta esset, perceptio mea corroborata et perspicua reddita, et ingenium meum perpolitum et subactum. Doctori autem illustrissimo, usque ad ætatem ejus provectam, adhærere solebam. Liber autem, quem primo memoriæ mandare cœpi, dictus erat Allamih, cujus interpretationem, singulis fere diebus, per octo mensium spatium, ab aliis exaudivi. Tunc ad domum meam reversus inspexi Commentarium Althemani, et Commentarium Alsharif Omar Ben Hamzah, et Commentaria Ibn Borhan; et quicquid ex eorum Commentariis didiceram propriis meis discipulis explicavi; quæ, quamvis in sectiones varias dilatata essent, minime tamen ea omnia complectebantur, quæ jam didiceram, et memoria firmiter tenebam. Tunc summa cura ac studio memoriæ mandavi librum dictum Adeb Alcateb, auctore Ibn Cotaiba; partem quidem primam mensibus paucis, partem autem Tacwimallisan dictam quatuordecim diebus; quippe quæ quatuordecim sectiones contineret.

حفظت مشكل القران له وغريب القران له وكل ذلك
 في مدة يسيرة ثم انتقلت الي الايضاح لابي علي
 الفارسي فحفظته في شهور كثيرة ولازمت مطالعة شروحه
 وتتبعته التتبع التام حتي تبهرت فيه وجهت ما قال
 الشراح واما التكملة فحفظتها في ايام يسيرة كل يوم
 كراسا وطالعت الكتب المبسوطه والمختصرات وواظبت
 علي المقتضب للبرد وكتاب ابن درستويه وفي اثنا
 ذلك لا اغفل عن سماع الحديث والتفقه علي شيخنا
 ابن فضال بن بدار الذهب وهي مدرسة معلقة بناها
 فخر الدين بن المطلب قال وللشيخ كمال الدين
 مائة تصنيف وثلاثون تصنيفا اكثرها في النحو وبعضها
 في الفقه والاصوليين وفي التصوف والزهد واتيت في
 اكثر تصانيفه سماعا وقرآة وحفظا وشرع في تصنيفين
 كبيرين احدهما في اللغة والآخر في الفقه ولم يتفق
 له اتهامها وحفظت عليه طايغة من كتاب سيبويه
 واكسبت علي المقتضب فاتقنته وبعد وفاة الشيخ
 تجردت لكتاب سيبويه ولشرحه لسيرافي ثم قرأت علي
 ابن عبيده الكرخي كتبها كثيرة منها كتاب
 الاصول لابن السراج والنسخة في وقف ابن الخشاب

Postea memoriæ mandavi Mosheal Alcoran, et Garib Alcoran, eodem auctore, brevi temporis spatio. Tunc vero incubui libro Alizah dicto, auctore Abu Ali Alfarfi, quem multos post menses tandem memoria sum complexus, sensum ejus penitus perspexi, omniaque quæ de eo continerent Commentatores collegi: et Altacmilla paucis diebus comprehendendi, singulas sectiones diebus singulis discens. Inspexi etiam libros, tam prolixè magis scriptos, quam qui in compendium redacti essent. Curam etiam diligentem adhibui in libro Almoctazib legendo, auctore Almobrib, et libro Ebn Daristoui. Interea temporis non neglexi traditionem sacram, et juris rerumque divinarum scientiam ex ore Ibn Fazlan exhaurire apud Daroldheb, quod gymnasium est Almoallacat dictum, a Phacroddin Ebn Almotalleb exædificatum."

Dixit, " Composuit Doctor Camaloddin centum et triginta libros, quorum plures sunt de Grammatica; pauci tamen de juris rerumque divinarum scientia, de fundamentis religionis, de Sophorum institutis, et mundi renunciatione; quorum librorum majorem partem vel audiendo, vel legendo, didici, et memoriæ mandavi. Porro auctor iste libros duos permagnos, quorum alter de vocum significatione, alter de juris rerumque divinarum scientia tractat, componere aggressus est; quos tamen imperfectos reliquit. Post hoc librum Sibwiæ memoriæ mandavi, tum libro Almoctazeb studium impendi, eumque firmiter comprehendendi. Mortuo tandem Doctore, me totum dedidi libro Sibwiæ, et Commentario ejus, auctore Sirafi. Deinde libros multos apud Ibn Obeidam Alcorchi legebam, e quibus erat liber Alufoul dictus, auctore Ibno'l Saraj, cujus exemplar collegio ab Almamune condito dicavit Ibno'lchofhaib.

بربط الهمونية وقرات عليه الغرايض والعروض
للخطيب التبريزي وهو من خواص تلاميذ ابن
السجري واما ابن الخشاب فسبعت بقراته معاني
الزجاج علي الكاتبه وسبعت منه الحديث المسلسل وهو
الراحمون يرحبهم الرحمن ارحبوا من في الارض يرحبكم
من في السما وقال ايضا موفق الدين البغدادي ان
من مشايخه الذين انتفع بهم كما زعم ولد امين
الدولة ابن التليذ وبالغ في وصفه وكثر وهذا
فلكثرة تعصبه للعراقيين والا فولد امين الدولة لم
يكن بهذه مثابة ولا قريبا منها وقال انه ورد الي
بغداد رجل مغربي طوال في زي التصوف له ابهة ولسن
مقبول الصورة عليه مسحة الدين وهية السياحة ينفعل
لصورته من راه قبل ان يخبره يعرف بابن باتلي يزعم
انه من اولاد الملتمة خرج من المغرب لها استولي عليها
عبد المومن فلما استقر ببغداد اجتمع اليه جماعة من
الاكابر والاعيان وحضره الرضي القزويني وشيخ الشيوخ
ابن سكينه وكنت واحد مهن حضره فاقراني مقدمة
حساب ومقدمة ابن بابشاد في النحو وكان له طريق
في التعليم عجيب ومن يحضره يظن انه متبحرا وانها
كان متطرفا لكنه كان قد امعن في كتب الكيبيا

Apud eum quoque legebam Alfaræz, et Alharouz, auctore Alchotaib Altabrizi, qui unus erat ex intimis discipulis Ibn'ol Segri. Verum ad Ibno'lchofhaib quod attinet, prælectionem ejus audivi in librum Mohani Alzojaj dictum. Ex eo etiam audivi traditionem Almofulsel dictus, quæ ita infit, ' Qui sint misericordes, eorum miserebitur misericors (Deus;) miseremini ejus qui est in terra, vestri miserebitur qui est in cœlis.'

Dixit etiam Mowakkeffiddin, " Ex illorum numero de quibus fructum percepi, fuit Walid Amin'oddoul Ibno'ltalmidh." Multus est in hoc laudando, non aliam ob causam, quam quod Erakenfes summo in contemptu habuit: quum revera Walid Amin'oddoul nihil minus quam talem meruerit laudem.

Dixit etiam, " Ad Bagdadum accessit vir quidam occidentalis, statura procera, in Sophorum habitu, summum splendorem ac eloquentiam præ se ferens, forma minime indecora, religionis pene expers, more jaçtabundo, Ibn Botli nomine, cujus ex aspectu aliquis minime conjecturam faceret, quinam esset, priusquam eum alloqueretur. Almolthimitis ortum sese jaçtabat, et ab Occidente profectum, quum in potestatem Abdo'lmoumen redigeretur. Quum igitur Bagdadi sedem habuit, multi ex magnatibus et viris illustribus ad eum congregati sunt; inter quos adfuit et Alrazi Alcazwini, et Doctor celeberrimus Ben Sacini. Ipse quoque ad eum adii, et mihi explicavit Introductionem ad Arithmeticam, et Introductionem Ibn Babshid ad Grammaticam. Porro ei in docendo erat ratio plane miranda, ita ut adstantes summa eum doctrina penitus imbutum existimarent, quum partes ejus aliquot tantum attigerit. In

والطلسيات وما جري معجراتهما واتى علي كتب جابر
باسرها وعلي كتب ابن وحشيه وكان يجلب القلوب
بصورته ومنطقه وابهامه فهلا قلبي شوقا الي العلوم كلها
واجتمع بالامام الناصر الدين الله واعجبه ثم سافر
واقبلت علي الاشتغال وشهرت زيل الجد والاجتهاد
وهجرت النوم واللذات واكبت علي كتب الغزالي
المقاصد والمعيار والميزان ومحك النظر ثم انتقلت الي
كتب ابن سينا صغارها وكبارها وحفظت كتاب
النجاة وكتبت الشفا وبحثت فيه وحصلت كتاب
التحصيل لبهار تلميذ ابن سينا وكتبت وحصلت
كثيرا من كتب جابر بن حيان الصوفي وابن وحشيه
وباشرت عمل الصنعة الباطلة وتجارب الضلال الغارقة
واقوي من اضلني ابن سينا بكتابه في الصنعة الذي
تهم به فلسفته التي لا يزداد بالنهام الا نقصا قال ولها
كان في سنة خمس وثمانين وخمسة مائة حيث لم يبق
ببغداد من ياخذ بقلبي وبها عيني ويحل ما يشكل
علي دخلت الموصل فلم اجد فيها بغيتي لكن وجدت
الكهال ابن يونس جيدا في الرياضيات والفقه متطرفا
من باقي اجزا الحكمة قد استغرق عقله ووقته حب

Alchemia autem, arte Talifmitica, aliisque ejusdem farinae, longe erat provectus. Accessit etiam ad libros Giabar universos, et ad libros Ibn Wafih. Formae autem dignitate, suaviloquentia, et falsis opinionibus, hominum mentes ad se allicere solebat; et me quoque flagrante scientiarum universalium amore incendebat. Adfuit quoque Antistes Alnaferoddin Allah, quem ad admirationem movebat: tum denique peregrinatus est.

Ipsa vero summa diligentia ac studio usus sum, somnum et voluptates effugiens, et libris Algazali, Almocafed, Almiar, Almizan et Mohiccalnathar, legendis sedulo incubui. Deinde ad libros Avicennae tum parvos tum magnos summo me contuli studio. Librum Alnajat memoriae mandabam, et Alshafeh transcribebam. Librum quoque Altafil diligenter perlegi, auctore Biyar, Avicennae discipulo. Multum quoque descripsi, et ad usum meum redegi, e libris Giabar Ben Hiyan Alsfphi, et Ibn Wafih, et artem inanem libens tractavi, ac in errore maximo peritissimus evasi.

Sed inter omnes qui me in errorem perduxerunt, praecipue adnumerandus est Avicenna, in libro suo Alfanah, sive de Arte bene curandi; ubi scilicet elucet consummata ejus philosophia; quae quo magis ad completionem vergit, eo magis pro damno existimanda est."

Dixit, "Ineunte anno quingentesimo octogesimo quinto, quum Bagdadi nullus esset omnino, qui mihi cordi esset, aut desiderium meum expleret, et nodos difficiliores dissolveret; hac urbe relicta, Mauselam ingressus sum. Neque hic, quod maxime peterem, consequi potui. Inveni tamen Alcamal Ibn Yunes, auctorem in philosophia morali et juris rerumque divinarum scientia quantivis pretii, sed in caeteris doctrinae partibus

الكيبيا وعملها حتي صار يستخفى بكل ما عداها
 واجتمع الي جهاة كثيرة وعرضت علي مناصب
 فاخترت منها مدرسة ابن مهاجر المعلقة ودار الحديث
 التي تحتها واقبت بالموصل سنة في اشتغال دائم
 متواصل ليلا ونهارا وزعم اهل الموصل انهم لم يروا من
 احد قبلي ما راوا مني من سعة الحفظ وسرعة
 الخاطر وسكون الطائر وسبعت الناس يهرجون في حديث
 الشهاب السهروردي المتغلسي ويعتقدون انه فاق
 الاولين والآخرين وان تصانيفه فوق تصانيف القديما
 فهبت لقصده ثم ادركني التوفيق فطلبت من ابن
 يونس شيئا من تصانيفه وكان ايضا معتقدا فيها
 فاطلعتني علي التلويحات واللمحة والمعارج فصادفت فيها
 ما يدل علي جهل اهل الزمان ووجدت لي تعاليق
 كثيرة لا ارتضيها هي خير من كلام هذا الانوك وفي
 اثنا كلامه يثبت حروفا مقطعة يوهم بها امثاله انها
 اسرار الالهية:

قال ولها دخلت دمشق وجدت فيها من اعيان
 بغداد والبلاد ممن جمعهم الاحسان الصلحي جمعها

minime versatum ; quippe cujus studium et tempus eo usque ad Alchimiam et ejus *πραξις* dedita essent, uti cætera omnia præ his parvi penderet.

Quum vero confessus multos frequentitarem, oblata sunt mihi loca multa, e quibus selegi Gymnasium Ibn Mohager Almoallacat dictum, et domum traditionis sacrae subter positam. Annum unum Mauselæ consumpsi, indefinenter studiis nocte dieque incumbens. De me autem dixerunt Mauselenses, se nunquam antea vidisse aliquem, qui vel præstanti adeo gauderet memoria, vel animo concepta magis apte exprimeret, vel qui denique tantam præ se ferret gravitatem. Audivi etiam homines magnopere laudantes traditionem Shahab Alfahroudi, philosophi speciem præ se ferentis, quem auctoribus tum veteribus tum recentioribus præponere non dubitabant ; pro comperto habentes, opera ejus antiquorum operibus longe præstare. Quum igitur ejus visendi desiderio flagrabam, oblata occasione, petii ab Ibn Yunes, qui et ipse fuit hujus auctoris valde studiosus, uti mihi partem aliquam ejus operum exhiberet. Commonstravit ille mihi libros ejus dictos Altalwihat, Allameh, et Almoharej ; quibus visis, hominum hujusce ætatis ignorantiam penitus perspiciebam : mihi igitur studia illa, quibus omnino deditus essem, et quæ tamen non omnino probarem, magis placebant, quam plumbei istius sermones. Solebat autem inter sermones ejus literas quasdam disjunctas ante oculos proponere, quibus homines hujusce farinae divini aliquid mysterii inesse sæpius arbitrantur."

Dixit, " Ingressus autem Damascum, ibi viros illustres ex Bagdado et regionibus aliis inveni, quorum magnam multitudinem congregaverat Salahoddini munificentia ; inter quos erat

كثيرا منهم جهال الدين عبد اللطيف والد الشيخ ابي
النجيب وجماعة بقيت من بيت ريس الروسا وابن طلحة
الكاتب وابن العطار المقبول الوزير وابن هبيرة الوزير
واجتمعت بالكندي البغدادي النحوي وجري بيننا
مباحثات وكان شيخا بهيا زكيا مثريا له جانب من
السلطان لكنه كان معجبا بنفسه موزيا لجليسه وجرت
بيننا مباحثات فاطهرني الله تعالي عليه في مسائل كثيرة
ثم اني اهللت جانبه فكان يتازي باهالي له اكثر مما
يتازي الناس منه وعملت بدمشق تصانيف جملة منها
غريب الحديث الكبير جمعت فيه غريب ابي عبيد
القاسم ابن السلام وغريب ابن قتيبه وغريب الخطابي
وكنت ابتدأت به في الموصل وعملت له مختصرا سهيته
المجرد وعملت كتاب الواضحة في اعراب الفاتحة نحو
عشرين كراسا وكتاب الالف واللام وكتاب رب
وكتبا في ذات والصفات الذاتية الجارية علي السنة
المتكلمين وقصدت بهذه مسئلة الرد علي الكندي
ووجدت بدمشق الشيخ عبد الله بن باتلي نازلا بالهازنة
الغربية وقد عكى عليه جماعة وتحزب الناس فيه
حزبين له وعليه فكان الخطيب الدولعي عليه وكان من
الاعيان له منزلة وناموس ثم خلط ابن باتلي علي نفسه

Gemalleddin Abdollatiph, pater Doctoris Abulnajeb, et qui relictus essent e domo antistitis summi, et Ibn Taleh Alcateb, et Ibn Attar, piæ memoriæ, Alvizier, et Ibn Hobeira Alvizier. Conveni etiam Alcendi Bagdadensem Grammaticum, quocum multas disputationes inivi. Vir erat summa præditus gravitate, acris ingenii, opibus abundans, familiaritate cum Sultano conjunctus, sui autem ipsius plus quam satis admirator, et sodalibus permolestus. Cum autem in variis hisce disputationibus a D. O. M. sæpenumero victoria mihi concessa esset, eum in neglectu tandem habere cœpi; quod ille multo ægrius, quam alii illius consuetudinem, ferebat.

Libros autem, dum Damasci commorabar, permultos composui, et inter alios unum de mirandis traditionis magnæ, in quo Garib Abi Obaid Alcafem Ibno'lfalam, et Garib Ibn Cotaib, et Garib Alchatabi in unum collegi. Hunc librum Maufelæ inceperam, et ejus compendium scripsi, quod Almogrid nominavi. Condidi etiam librum Alwazeh dictum, de explicatione *vel enunciatione* Alfatih, i. e. *capitis primi Corani*, viginti fere sectiones complectentem; et librum de litera Lamalif, et librum Rab dictum, et librum de essentia divina et attributis in modum Theologorum conscriptum, in qua disquisitione Alcendi refutatio mihi erat proposita.

Porro Damasci conveni Doctorem Abdalla Ibn Botli in arce occidentali commorantem. Ei multi mortales operam dederunt, et ad eum turmatim confluerunt, tam qui pro eo, quam qui contra eum essent. Adversus eum erat Alchotab Aldouli, vir illustris, qui villam et hortos possidebat. Tum Ibn Botli, quum in animi perturbationem incidisset, odium hominum in se contraxit. Cœpit etiam verba de Alchimia et philosophia pro-

فاعان عدوه عليه وصار يتكلم في الكيمياء والفلسفة
 وكثير التشنيع عليه واجتمعت به فصار يسألني عن
 اعمال اعتقد انها خسيصة نكرة فيعظيها ويحتفل بها
 ويكتبها مني وكاشفته فلم اجده كها كان في
 نفسي فساء به ظني وبطريقه ثم باحثته في العلوم
 فوجدت عنده منها اطرافا نكرة فقلت له يوم لو صرفت
 زمانك الذي ضيعته في طلب الصنعة الي بعض العلوم
 الشرعية او العقلية كنت اليوم فريد عصرك مخدوما
 طول عمرك وهذا هو الكيمياء لا ما تطلبه ثم اعتبرت
 بحاله وانجزت بسو ما له والسعيد من وعظ بغيره
 فاقلعت ولكن لا كل الاقناع ثم انه توجه الي صلاح
 الدين بظاهر عكا يشكوا اليه الدولعي وعاد مريضا وحمل
 الي البيهارستان فمات به واخذ كتبه المعتمد شحنة
 دمشق وكان مقبيا بالصنعة ثم اني توجهت الي
 زيارة القدس ثم الي الصلاح الدين بظاهر عكا
 فاجتمعت بها الدين ابن شداد قاضي العسكر يومئذ
 وكان قد اتصل به شهرتي بالموصل فانبسط لي واقبل
 علي وقال تجتمع بعباد الدين الكاتب فقينا اليه
 وخيبتة الي خيمة بها الدين فوجدته يكتب كتابا

ferre, a quibus dedecus ejus adauctum est. Quum eum convenissem, me interrogavit de rebus quas ego viles prorsus ac nugas meras esse duxi, ipse tamen magni aestimavit, et dignas in quas operam studiumque conferret. Responiones de his a me datas scripturæ mandabat. Qualis igitur esset pro certo habui; quippe quem reperiebam longe diversum ac opinatus fueram; ita ut tum virum tum institutum ejus omnino parvipenderem. Deinde disputatione de scientiis inita, hac in parte eum leviter tantum instructum esse cognovi. Ei autem die quodam dicebam, si tempus quod in hujus artis disquisitione misere perdidisti, in scientiam aliquam legalem vel intellectualem contulisses, seculi tui Phœnix jam jam evasisse, summo habitus in honore, dum vita suppeteret; quod vero ad Alchimiā istam pertinet, non est cur eam persequaris. Perspectum igitur habui statum ejus, et a malo ejus instituto abhorruī. Felix est qui longe diversum ab eo commonuerit! Magna igitur ex parte, et non penitus, *ab hoc errore* liberatus sum. Postea ad Salahoddin intra urbem Accam commorantem profectus est Ibn Botli, uti apud eum de Aldouli conquereretur; hinc autem morbo laborans reversus est, et in Nosocomium invecus, ibi tandem diem obiit supremum. Libri ejus ad Prætorem Damasci, qui apud Sanaam commorabatur, delati sunt.

Post hæc ad visitationem Hierosolymitanam peragenda peregrinatus sum; deinde ad Salahoddin extra Accam profectus, conveni Bohaddin Ibn Shodad, qui tunc temporis exercitui præerat, et ad quem nominis mei celebritas, dum Mauselæ commorarer, jam antea pervenerat. Lætus ille me et vultu exporrecto accepit; et me aspiciens, necesse est, inquit, uti Scribam Amaddin convenires. Eo iter tetendimus; erat autem tentorium ejus juxta tentorium Bohaddin. Eum de-

الي الديوان العزيز بقلم الثلث من غير مسودة وقال
هذا كتاب الي بلدكم وذاكرني في مسایل من
علم الكلام وقال قوموا بنا الي القاضي الفاضل
فدخلنا عليه فرايت شيخا ضيئلا كله راس وقلب وهو
يكتب ويهلي علي اثنين ووجهه وشفتاه تلعب الوان
الحركات لقوة حرصه في اخراج الكلام وكأنه يكتب
بجملته اعضاءه وسألني القاضي الفاضل عن قوله سبحانه
وتعالى حتي اذا جاوها فتحت ابوابها وقال لهم خزنتها
ابن جواب اذا واين جواب لو في قوله تعالي ولو ان
قرانا سيرت به الجبال وعن مسایل كثيرة ومع هذا
فلا يقطع الكتابة والاملا وقال لي ترجع الي دمشق
وتجري عليك الجرايات فقلت اريد مصر فقال السلطان
مشغول القلب باخذ الفرنج عكا وقتل المسلمين بها
فقلت لا بد لي من مصر فكتب لي ورقة صغيرة الي
وكيله بها فلما دخلت القاهرة جاني وكيله وهو ابن
سنا الملك وكان شيخا جليل القدر نافذ الامر فانزلني
دارا قد اربحت عللها وجاني بدنانير وغلطة ثم مضى
الي ارباب الدولة وقال هذا ضيفي القاضي الفاضل
فدرت الهدايا والصلات من كل جانب وكان كل
عشرة ايام او نحوها تصل تذكرة القاضي الفاضل الي

prehendebam Epistolam scribentem ad Divanum illustrem, Sulfi caractere sine exemplari; et hæc, inquit, Epistola ad civitatem tuam mittenda. Mihi autem quæstiones multas Theologicas proposuit; tum dixit, proficiscere nobiscum ad Alcadi Alfazel; quo cum ventum esset, doctorem vidi exili corpore, qui capite et corde omnino constaret. Vultus autem et labra ejus diversimodo, dum ipse scriberet, et duobus aliis dictaret, agitabantur, ob studium intensum, quo sermones divinos proferre laborabat, et quasi omnibus membris scribere videbatur. Me etiam interrogavit Alcadi Alfazel de eo quod dicit D. O. M. (in Corano scil.) “Ad quam urbem ubi conveniunt, et apertæ sint portæ ejus, et dicent eis custodes ejus &c.” Ubinam est responsio, ubinam, inquit, est responsio, nisi in verbo Dei, “Et quamvis aliquis Coranus *demissus esset* per quem transferrentur montes &c.” De his et multis aliis quæstionibus me interrogavit; nec interea temporis scribere et dictare desinebat; et mihi dixit, Ad Damascum revertere, ubi tibi ratum stipendium præbebitur. Mihi, inquiebam, in animo est, Ægyptum proficisci. Respondit ille, Cor Sultani mœrore confectum est, eo quod Franci Accam ceperint, et fideles, qui in ea essent, letho dederint. Mihi, inquiebam, omnino necesse est ut Ægyptum proficiscar. Parvam igitur mihi conscripsit schedulam ad præfectum ejus deferendam. Quum vero Cahiram ingressus essem, venit ad me præfectus, nomine Ibn Sona Almalec, vir summa auctoritate, et rerum publicarum maxime peritus. Is mihi domum aromatibus perfusam, pecuniam, et servos præbuit. Deinde ad magnates Imperii accedens, hic, inquit, hospes est Alcadi Alfazel. Tum vero munera et salutationes mihi undique accumulari. Solebat

ديوان مصر بههيات الدولة وفيها فصل يوكد الوصية
في حقي واقبت بهمسجد الحاجب لولو رحبه الله
اقرى الناس وكان تصدي في مصر ثلاثة انفس
ياسين السيباني والريس موسي ابن ميهون اليهودي
وابو القاسم الشارعي وكلهم جاوني اما ياسين فوجدته
مخايلا كذابا مشعبد يشهد للساقاني بالكيبيا وبشهد
له الساقاني بالسيبيا ويقول عنه انه يعمل اعبالا
يعجز موسي بن عمران عنها وانه يحضر الذهب المضروب
متي شا وباي مقدار شا وباي سكة شا وانه يجعل
ماء النيل خيمة ويجلس فيه واصحابه تحتها وكان
ضعيف الحال وجاني موسي فوجدته فاضلا لا في
الغاية قد غلب عليه حب الرياسة وخدمة ارباب الدنيا
وعمل كتابا في الطب جمعه من الستة عشر
لجالينوس ومن خبسة كتب اخري وشرط ان لا
يغير فيه حرفا الا ان تكون و او عطف او فآ وصل
وانها ينقل فصولا يختارها وعمل كتاب لليهود سباه
كتاب الدلالة ولعن من يكتبه بغير القلم العبراني
فوقفت عليه فوجدته كتاب سوء يفسد اصول الشرايع

autem Alcadi Alfazel monita ad Divanum Ægypti de summa Imperii conscribere, spatio dierum viginti non longius interposito. His mandata aliqua quæ ad me spectabant semper adjunxit; uti mihi scilicet pro dignitate tribueretur. Commoratus autem sum apud Delubrum præfecti Lulu, hominibus prælegens.

Porro uti Ægyptum peterem, trium virorum videndi causa sum adductus; scilicet Yafen, Magi, et Doctoris Mosis Ibn Maimon, Judæi, (Maimonidis) et Abulcafem Shareensis, qui omnes ad me venerunt.

Ad Yafen vero quod attinet, præstigiatores eum ac mendacem omnino comperi: is testimonium perhibuit $\tau\tilde{\omega}$ Sacani tanquam Alchimiæ perito, qui vicissim et illum Magia præpolere testabatur. Jactitabat is, se ea efficere posse, quæ Mosis filii Amrami vires excederent; quodque aurum signatum, quo tempore vellet, qualibet quantitate et typo produceret. Dixit etiam se aquas Nili super caput quasi tentorium erigere posse, subter quas ipse simul et sodales ejus federent. Hicce vir humili erat statu.

Venit etiam Moses, i. e. *Maimonides*, ad me; quem deprehendi insignem; mediocriter tamen. Prænituit in eo principatus studium, ac magnatum obsequium. Librum in medicina composuit, quem ex libris sexdecim Galeni, et quinque aliis collegit. In hoc sibi proposuit, ut ne literam quidem, exceptis conjunctionibus Wa, Fa, et Alef Unionis, mutaret; atque eas *tantum* sectiones, quas ei libitum esset, verteret. Composuit etiam librum, quem Ductorem *Dubitantium* nominavit, in usum Judæorum, adjecto anathemate in illum quicumque librum istum alio quam Charactere Hebraico scribere aggredderetur. Librum ipsum perlegi, et malum esse deprehendi;

والعقائد بها يظن انه يصلحها وكنيت ذات يوم
 بالمسجد وعندى جمع كثير فدخل شيخ رث الثياب
 نير الطلعة مقبول الصورة فهابه الجمع ورفعوه فوقهم
 واخذت في اتهام كلامي فلما تصرم المجلس جاني
 امام المسجد وقال اتعرف هذا الشيخ هذا ابو
 القاسم الشارعي فاعتنقته وقلت اياك اطلب فاخذته
 الي منزلي واكلنا الطعام وتفاوضنا الحديث فوجدته
 كبا تشتتهي الانفس وتلد الاعين سيرته سيرة الكبا
 العقلا وكذا صورته قد رضي من الدنيا بمرض لا
 يتعلق منها بشيا يشغله عن طلب الغضيلة ثم لازمني
 فوجدته قيبا بكتب القدماء وكتب ابي النصر الغارابي
 ولم يكن لي اعتقاد في احد من هؤلاء لاني كنت
 اظن ان الحكمة كلها حازها ابن سينا وحشاها
 كتبه وازا تفاوضنا الحديث اغلبه بقوة الجدل
 وفضل اللسن ويغلبني بقوة الحجة وظهور المحجة
 وانا لا يلين قناتي لغهزه ولا احيد عن جادة الهوي
 والتعصب بزمه فصار يحضرنى شيا بعد شيا من
 كتب ابي النصر والاسكندر وثامسطيوس يونس بذلك

utpote qui radices religionis corrumpat, et fundamenta illa, quæ sibi emendanda arroganter assumpserit.

Accidit autem die quodam, ut, quum in Delubro essem, multis coram adstantibus, intraret Doctor quidam, veste trita, splendido vultu, gravitate decorus. Reverentiam ei adhibuerunt omnes qui aderant, et illum in loco superiore collocarunt. Quum vero sermonem absolvissem, et confessus dimissus esset, venit ad me præfectus Delubri et dixit, num cognoscis istum Doctorem? Ipse est Abulcasem Alhareensis. Tum ego eum (scil. Abulcasem) complexus, tu es, inquam, quem quærebam. Deinde eum ad domum meam perduxi, ubi simul edimus, et de traditione sacra inter nos mutuo disseruimus. Eum vero tandem deprehendi talem, qualem animæ concuperent, et oculi lubenter contemplantur: mores ejus mores sapientium et intelligentium fuerunt. Eodemque prorsus modo ratio vitæ ejus sese habebat; parvo contentus, nullis rebus mundanis usque adeo addictus, uti a virtute adipiscenda subduceretur.

Quum vero cum eo familiaritate essem conjunctus, satis pro comperto habui eum in veterum scriptis, et præcipue in Abulnafr Alfarabi libris probe versatum esse; horum vero nemini sum confusus, ob opinionem quod scientiam universam jure quodam proprio sibi vendicaret Avicenna, et in libris suis complecteretur.

Cum autem invicem disputaverimus de traditione sacra, me viribus decertandi facultateque eloquendi vicit; ego contra argumenti viribus, et modo ratiocinandi perspicuo, illi superior evasi. Interim argumentis ejus minime cedebam; neque a firmo animi proposito recessi, sed portione aliqua scientiæ contentus, eam pro sufficienti habebam. Ille autem partes aliquas e libris Abulnafr, Alexandri, et Thamestii sensim et

نغاري ويلين عريكة شهاسي حتي عطفت عليه اقدم رجلا
 واوخر اخري وشاع ان صلاح الدين هادن الفرنج وعاد
 الي القدس فعادت الضرورة الي التوجه اليه فاخذت من
 كتب القدا ما امكنني وتوجهت الي القدس فرايت
 ملكا عظيمها يهاد العين روعة والقلوب محبة قريبا بعيدا
 اسهلا مجيبا واصحابه يتشبهون به يتسابقون الي المعروف
 كما قال الله تعالي ونزعنا ما في صدورهم من غل
 واول ليلة حضرته وجدت مجلسا حفا باهل العلم
 ينداكرون في اصناف العلوم وهو يحسن الاسباع
 والمشاركة وياخذ في كيفية بناء الاسوار وحفر
 الخنادق ويتفقه في ذلك وياتي بكل معني بديع
 وكان مهتما في بناء سور القدس وحفر خندقه يتولي
 ذلك بنفسه وينقل الحجارة علي عاتقه ويتاسي
 به جميع الناس الفقرا والاغنيا والاقويا والضعفا حتي
 العباد الكاتب والقضي الفاضل ويركب لذلك قبل
 طلوع الشمس الي وقت الظهر وياتي داره فيهد الطعام ثم
 يستريح ويركب العصر ويرجع في المشاعل ويصرف اكثر
 الليل في تدبير ما يعمل نهارا وكتب لي صلاح الدين
 بثلاثين دينارا في كل شهر علي ديوان الجامع

gradatim mihi proposuit; eo scilicet consilio ut me, tanquam jumentum, familiarem magis redderet, et velut sternacis equi, animum meum subigeret: donec tandem eo ventum esset, uti dum altero pede versus eum accederem, alterum tamen eodem tempore subducerem.

Vulgatum autem erat Salahoddin, induciis cum Francis factis, Hierosolymam esse reversum. Ad eum igitur proficisci necesse habui; et collectis veterum libris quot fas esset, eo iter tendebam. Vidi ibi regem magnum, qui terrore oculos hominum, amore autem animos impleret, siue propinqui essent, siue longe remoti; leni ac perfacili erat indole: virtutes ejus æmulati sunt comites illius, in iisque colendis alii aliis prævertere diligenter studebant, secundum id quod dicit Deus in Corano, "Extrahemus e pectoribus eorum quod inest similitatis." Prima autem qua ei adstabam nocte, doctorum hominum frequentem deprehendi confessum, qui de variis scientiis differebant; eo interim facilem præbente aurem, et confortii vicibus fungente.

Cogitabat autem de muris ædificandis, fossisque fodendis; multum de hoc differebat, totamque rei rationem coram proposuit. Porro adeo sollicitus erat ut murum Hierosolymæ ædificaret, fossisque circumdaret, ut ipse operi adesse non dedignaretur; cervice sua lapides transferens, et omnes mortales præsentia sua ad patientiam excitans, tam pauperes, quam divites, ab Amad Scriba usque ad Alcadi Alfazel. Hanc ob causam, ab ortu solis usque ad tempus meridianum equitabat; tum domum se recepit, ubi aliquantulo cibi comparato, paullulum sese quieti dedit; tunc vesperi iterum equitabat, et tandem tedarum luce reversus est. Noctis autem partem majorem consumpsit deliberando quid insequenti die aggrederetur. Divano autem publico Damasci scriptis mandavit ut triginta Di-

بدمشق واطلق اولاده روانب حتي تغرر لي في كل شهر
 مائة دينار ورجعت الي دمشق واكبت علي الاشتغال
 واقراء الناس بالجامع وكلها امعنت في كتب القدماء
 ازددت فيها رغبة وفي كتب ابن سينا زهادة واطلعت
 علي بطالان الكيمياء وعرفت حقيقة الحال في وضعها
 ومن وضعها وتكذب بها وما كان قصده في ذلك
 وخلصت من ضاللين عظيمين موبقين وتضاعف شكري
 لله سبحانه علي ذلك فان اكثر الناس انها هلكوا
 بكتب ابن سينا وبالكيمياء ثم ان صلاح الدين دخل
 دمشق وخرج يودع الحاج ثم رجع فحم فقصده من لا
 خبرة عنده فخارت القوة ومات قبل الرابع عشر ووجد
 الناس عليه شبيها بها يجدونه علي الانبياء وما رايت
 ملكا حزن الناس بهوته سواه لانه كان محببا يحبه
 البر والفاجر والمسلم والكافر ثم تفرق اولاده واصحابه
 اباري سبا وتمزقوا في البلاد كل مهزق واكثرهم
 توجه الي مصر لخصبها وسعة صدر ملكها واتهمت
 بدمشق وتهلكها الملك الافضل وهو اكبر الاولاد في
 السن الي ان جاء الملك العزيز بعساكر مصر يحاصر
 اخاه بدمشق فلم ينل منه بغية ثم تاخر الي مرج الصفر

narios mihi singulis mensibus persolverent; cui quidem stipendio filii ejus perpetuo additamenta fecerunt, donec tandem ad centum Dinarios mensibus singulis perventum esset.

Ego autem Damascum reversus totum me studiis dedidi; et hominibus in Delubro diligenter prælegi; interea quo magis in veterum libros intentus fui, eo magis eorum amore flagravimus animus. Libros autem Avicennæ jam parvi aestimare cœpi, et Alchimiaë studium inane prorsus esse penitus cognovi; quis autem rei status esset, et quomodo sese veritas haberet, perspexi, tum etiam qui ad ejus normam, qui secus, ageret, et quid sibi in hoc proponeret. Igitur liberatus sum a duobus erroribus maximis et perniciosissimis; pro quo gratias Deo O. M. conduplicavi: quippe mortales multos pessunderunt libri Avicennæ, et Alchimia.

Postea Damascum ingressus est Salahoddin, et deinde ad Peregrinatores Meccanos salutandos egressus. In reditu autem febri correptus imperito cuidam venam præbuit secandam. Ab illo usque tempore vires ejus decrescere cœperunt, donec mortuus est ante diem decimam quartam. Luxerunt super eum homines, haud secus ac super Prophetas. Mihi autem nullum regem præter illum videre contigit, cujus interitu homines ita mœruerunt; quippe valde dilectus erat: dilexit eum tam probus, quam improbus, tam fidelis, quam infidelis.

Post hæc passim dispersi sunt filii ejus, ac in diversas regiones penitus dissipati. Plures autem eorum Ægyptum petierunt cum ob telluris ubertatem, tum ob regis liberalitatem. Ego autem Damasci sum commoratus, cui tunc temporis imperavit Almalec Alfazel, qui filiorum (Salahoddin) natu major erat, donec accesserit Almalec Alaziz cum exercitu Ægyptiaco ad fratrem ejus apud Damascum obsidendum; frustra

لقولنج عرض له فخرجت اليه بعد خالصة منه وازن لي
 في الرحيل معه واجري علي من بيت الهال كفايتي
 وزيادة واقبت مع الشيخ ابي القاسم يلازميني صباح
 ومسا الي ان قصي نحبه ولها اشتد مرضه وكان ذات
 الجنب عن نزلة من راسه واشرت عليه بدوا فانشد

لا ازود الطير عن شجر

قد بلوت المهر من شهره

ثم سألته عن الهه فقال

ما لجرح يهيت ايلام

ولا لكفر الشح اسلام

وكان سيرتي في هذه الهداة انني اقري الناس
 بالجامع الازهر من اول النهار الي نحو الساعة الرابعة
 ووسط النهار ياتي من يقرأ الطب وغيره واخر النهار ارجع
 الي الجامع الازهر فيقرأ قوم اخرون وفي الليل اشتغل
 مع نفسي ولم ازل علي ذلك الي ان توفي الملك
 العزيز وكان شابا كريها شجاعا كثير الحيا لا يحسن
 قول لا وكان مع حداثة سنة وشرة شبابة كامل
 العفة عن الاموال والفروج

اقول ثم ان الشيخ موفق الدين اقام بالقاهرة بعد
 ذلك مدة وله الرواتب والجرديات من اولاد الملك الناصر

autem rem aggressus est. Deinde ad planitiem Safar dictam secessit, ob dolorem colicum, quo laborabat. Cum autem convalesceret, ad eumque accederem, decessus potestatem mihi fecit, stipendio ex ærario collato, quod abunde sufficeret. Permansi autem apud Doctorem Abulcasem, qui a consortio meo nec mane, nec vesperi, unquam discederet, donec mortuus est. Quum autem ingravesceret morbus ejus, quæ pleuritis erat cum effluxione capiti obveniente, et ei medicinam aliquam præscriberem, respondit metricè,

Non abigam volucres ab arbore,
De cujus fructu sapor jam consumptus est.

Tum de dolore ejus interrogatus, respondit,

Vulneri mortifero nihil est doloris quod ultra accedat,
Neque crimini infidelitatis ulla est salus.

Porro hoc tempore mihi in more erat hominibus in Delubro Alazhar dicto, a prima parte diei fere ad horam quartam prælegere; meridie venerunt qui medicinam et alia legerent; die autem decrescente rursus in Delubrum Alazhar me contuli, ubi alii legebant; tandem nocte accedente ipse mecum sum meditatus. Neque in hac consuetudine perseverare desii, donec mortuus est Almalec Alaziz. Erat ille juvenis, generosus, fortis, maxime verecundus, nullique petitioni lubens aurem præbere non voluit. Porro in illo cum paucitate annorum et ardore juventutis summa abstinentia a divitiis et voluptatibus conjuncta erat."

Dico, Deinde mansit Mowakkeffeddin apud Cahiram longo tempore, stipendiis ad eum confluentibus a filiis Al-

صلاح الدين واتي الي مصر ذلك الغلام العظيم والموتان
الذي لم يشاهد مثله والى الشيخ موفق الدين في
ذلك كتابا ذكر فيه اشيا شاهدتها او سمعتها ممن عاينها
بذهل العقل وسهي ذلك الكتاب كتاب الافادة والاعتبار
في الامور المشاهدة والحوادث المعاينة بارض مصر ثم لها
ملك السلطان الملك العادل سيف الدين ابو بكر بن
ايوب الديار المصرية واكثر الشام والشرق وتفرقت اولاد
اخيه الملك الناصر صلاح الدين وانتزع ملكهم توجه
الشيخ موفق الدين الي القدس واقام بها مدة وكان
يتردد الي الجامع الاتقي ويشتغل الناس عليه بكثير
من العلوم وصنف هنالك كتبا كثيرة ثم انه توجه
الي دمشق ونزل بالمدرسة العزيزية وذلك في سنة اربع
وستماية وشرع في التدريس والاشتغال وكان ياتيه خلق
كثير يشتغلوا عليه ويقروا اصناف من العلوم وتبيز في
صناعة الطب بدمشق وصنف في هذا الفن كتبا كثيرة
وعرف به واما قبل ذلك فانها كانت شهرته بعلم النحو
واقام بدمشق مدة وانتفع الناس به ثم انه سافر الي حلب
وقصد بلاد الروم واقام بها سنينا كثيرة وكان في خدمة
الملك علا الدين داود بن بهرام صاحب ارزنجان وكان
مكينا عنده عظيم المنزلة وله منه الجامعة الوافرة

malec Alnafr Salahoddin, quo tempore aggressa est Ægyptum caritas illa magna et pestilentia, quarum simile aliquid nemo unquam viderat. De his librum composuit Auctor noster, in quo commemorat et quæ ipse coram spectaverat, et quæ ab hominibus intelligentibus, qui ipsi vidissent, acceperat. Hunc autem nominat librum utilitatis et monitionis de rebus testatissimis, et mirandis ex ipsa observatione comprobatis in terra Ægypti.

Deinde imperante Soltano Almalec Aladel Saiffoddin Ben Iyob regionibus Ægyptiacis, et Syriæ aliarumque orientis regionum parti majori, (disperfis fratris sui Almalec Alnafr Salahoddini filiis, ac regno eorum divulso,) Hierosolymam profectus est Mowakkeffeddin, atque ibi aliquandiu moratus. Ventitare autem solebat ad Delubrum magnum, ubi ei in scientiis variis operam dederunt homines, ibique libros multos composuit.

Post hoc, anno scilicet sexcentesimo quarto ad Damascum reversus in Gymnasio quod condidit Alaziz commoratus est, ibique docendo studendoque diligenter incubuit, multis mortalibus ad eum confluentibus, qui apud eum studebant, et *libros* de variis scientiis legebant. Damasci etiam in *πραξι* medicinæ maxime excelluit, ac de ea multos condidit libros, celebrisque evasit: ante hoc enim tempus, in Grammaticæ scientia celebritatem sibi præcipue conquiverat. Aliquandiu Damasci, in magnam hominum utilitatem commoratus est: deinde Halebum profectus est, et in regiones Græcas iter tendebat; ibique multos annos terebat. Non desit autem operam dare Almalec Aladdin David Ben Bahram, Arzinjani

والافتقادات الكثيرة وصنف باسمه عدة كتب وكان
 هذا الملك عالي الهمة كثير الحيا كريم النفس وقد
 اشتغل بشي من العلوم ولم يزل في خدمته الي ان
 استولي علي ملكه صاحب اوزن الروم وهو السلطان
 كيتقباد بن كينخسرو بن قلعج ارسلان ثم قبض علي
 صاحب ارزجان ولم يظهر له خبر

قال الشيخ موفق الدين عبد اللطيف ولها كان في
 سابع عشر ذي القعدة من سنة خمس وعشرين وستمائة
 توجهت الي اوزن الروم وفي حادي عشر صفر من سنة
 ست وعشرين رجعت الي ارزجان من اوزن الروم وفي
 نصف ربيع الاول توجهت الي كيباخ وفي جهادي الاولي
 توجهت منها الي ديركي وفي رجب توجهت منها الي ملطيه
 وفي اخر رمضان توجهت الي حلب وصلينا صلاة عيد الفطر
 بالبهنسي ودخلنا حلب يوم الجمعة تاسع شوال فوجدناها
 قد تضاعفت عمارتها وخيرها وامنها بحسن سيرة الملك شهاب
 الدين واجتمع الناس علي محبته لمعدلته في رعيته
 اقول واقام الشيخ موفق الدين بحلب والناس
 يشتغلوا عليه وكثرت تصانيفه وكان له من شهاب
 الدين طغريل الخادم اتايك حلب جاري حسن وهو
 متخلي لتدريس صناعة الطب وغيرها ويتردد الي

Domino, in cujus usum libros permultos conscripsit, ab eodem interea summo in honore habitus, et magnis stipendiis ac muneribus locupletatus. Erat autem rex ille animo excelso, maxime verecundus, pectore admodum generoso; scientiis aliquantum imbutus. Ei ministerium præbere non desit, donec regnum ejus occupavit Soltan Caicabad Ben Cai Cosru Ben Calej Orflan, Dominus Arzerroum; et quid de eo postea factum fuerit, non comparuit.

Dixit Mowakkeffeddin Abdollatiph, “Ineunte die decimo septimo mensis Dhulkaadæ, anno sexcentesimo vigesimo quinto, profectus sum ad Arzerroum; undecimo autem mensis Safar proximo anno, ab Arzerroum ad Arzenjan sum reversus. In medio autem mensis Rabiah prioris, ad Cimakh profectus sum, unde mense Jomaada prioris ad Dairci contendi, quo relicto, mense Rajeb ad Malatiam veni, et tandem ad Halebum sub finem mensis Ramadan. In festo autem Ramadan apud Benefiam precati sumus, et in Halebum ingressi die veneris, nono mensis Shawal; quam urbem et habitationibus, et commodis, et securitate conduplicatam jam invenimus, ob probos mores Almalec Shahaboddin; propter cujus amorem illic confluerunt homines, ut qui singulari esset in subditos justitia.”

Dico, Remansit Mowakkeffeddin apud Halebum, ubi ei operam dederunt homines, et multos libros composuit, Shahaboddin Tograil eunucho, Halebi domino, stipendium ei satis amplum constituyente; ipse autem medicinæ, aliisque scientiis docendis vacavit. Ad Delubrum etiam ventitabat, quo traditionem sacram audiret, et Arabice prælegeret; studiis fe-

الجامع بحلب ليسبع الحديث ويقري العربية وكان
 دايم الاشتغال ملازما للكتابة والتصنيف ولما اقام بحلب
 تصدت اني اتوجهت اليه واجتمع به فلم يتفق ذلك
 وكانت كتبه ابد اتصل الينا ومرسلاته وبعث الي اشيا
 من تصانيفه بخطه وكان قد عزم انه ياتي الي دمشق
 ويقيم بها ثم خطر له انه قبل ذلك بحج ويجعل طريقه
 علي بغداد وان يقدم بها الخليفة المستنصر بالله اشيا
 من تصانيفه ولها وصل الي بغداد مرض في اثنا ذلك
 وتوفي رحمه الله يوم الاحد ثاني عشر المحرم من سنة تسع
 وعشرين وستماية ودفن بالورديه عند ابيه وذلك بعد ان
 خرج عن بغداد وبقي غايبا عنها خمسة واربعين سنة
 ثم ان الله تعالي ساقه اليها وقضى منيته بها،

ومن كلام موفق الدين عبد اللطيف بن يوسف
 البغدادي مها نقلته من خطه،

قال ينبغي ان تحاسب بنفسك كل ليلة اذا اويت
 الي منامك وتنظر ما اکتسبت في يومك من حسنة
 فتشكر الله عليها وما اکتسبت من سيئة فتستغفر
 الله منها وتقلع عنها وترتب في نفسك مها تعملها في
 غدك من الحسنات وتسال الله الاعانة علي ذلك،

dulo incumbens, et tam scriptura quam compositione sese exercens. Quum Halebi permanfit, mihi fuit in animo ad eum proficifci, quod mihi tamen nunquam contigit. Libri autem et tractatus ejus mihi femper venerunt; quinetiam opera nonnulla fui ipfius manu exarata ad me tranfmifit.

Porro ei fuit propositum ut Damafcum proficifceretur, ibique commoraretur, at fubiit in mentem, uti peregrinationem facram prius abfolveret, et ad Bagdadum iter tenderet, quo Chalifæ Almoftanfer Billah ad pedes nonnulla ex operibus fuis projiceret. Quum autem ad Bagdadum perveniffet, morbo interim correptus, mortuus eft primo die feptimanæ, duodecimo menfis Moharram, anno fexcentefimo vigefimo nono, et feptus eft juxta patrem fuum in loco Alwardi dicto. Quinque autem et quadraginta annos abfuerat; tunc rurfus quafi divinitus reductus, ibi tandem diem obiit fupremum.

E fapienter dictis Mowaffekkeddin Abdollatiph Ben Yufef Bagdadensis, quæ ex autographo ejus ipfi tranfcripfimus, hæc funt.

Oportet te omnibus noctibus, priufquam fomno te dederis, animo tuo revolvere, et tecum cogitare, quid boni unoquoque die effeceris, pro quo Deo gratias agas; et quid mali, pro quo mifericordiam ejus petas, idemque in posterum fugias: et animo tuo ftatuas, quid boni die proximo effecturus fis, ejus auxilio propterea invocato.

وقال اوصيك الا تاخذ العلوم من الكتب وان وثقت
من نفسك بقوة الفهم وعليك بالاستاذين في كل علم
تطلب اكتسابه ولو كان الاستاذ ناقصا فخذ عنه ما
عنده حتي تجد اكل منه وعليك بتعظيمه وترحيبه
وان قدرت ان تغيده من دنياك فافعل والا فبلسانك
وثنايك واذا قرأت كتابا فاحرص كل الحرص علي
ان تستظهره وتبلك معناه وتوهم ان الكتاب قد عدم
وانك مستغن عنه لا تحزن لفقده، واذا كنت مكبا
علي دراسة كتاب وتفهمه فاياك ان تشتغل باخر معه
واصرف الزمان الذي تريد صرفه في غيره اليه واياك
ان تشتغل بعلمين دفعة واحدة وواظب علي العلم
الواحد سنة او سنتين او ما شا الله واذا قضيت منه
وطرك فانتقل الي علم اخر، ولا تظن انك اذا حصلت
عليها فقد اكتفيت بل تحتاج الي مراعاته لينهي ولا
ينقص ومراعاته تكون بالهداكرة والتفكر واشتغال
المبتدي بالتحفظ والتعلم ومباحثة الاقران واشتغال العالم
بالتعليم والتصنيف واذا تصديت لتعليم علم او للمناظرة
فيه فلا تهزج به غيره من العلوم فان كل علم مكتف
بنفسه مستغن عن غيره فان استعانك في علم بعلم

Tibi in mandatum do, ut scientias e libris (solum) non haurias; neque animo tuo ac ingenii viribus confidas. Imo tibi præceptoribus omnino opus est, in omni scientia, in qua excellere velis. Quod si præceptor tuus parum eruditus fuerit, edisce ab illo quantum potueris, donec eruditorem inveneris. Eum autem in summo honore habere, et commodum ejus promovere decet; et si eum facultatibus tuis opitulari possis, id agas; sin minus, at laude, at commendatione.

Quum librum legendum susceperis, ei summis viribus incumbas, donec eum memoriæ mandaveris, et scopum ejus comprehenderis; ita ut in animo tuo fingere possis, te nihil eo opus habiturum, si modo perderetur, neque propterea doliturum.

Quum libro perlegendo, et sensui ejus eliciendo intentus sis, cave alium cum eo commisceas: tempus autem quod in studia alia consumere velis eo conferas. Cave etiam scientiis duabus eodem tempore incumbas; annum autem unum, vel duos, vel quod Deus voluerit, scientiis singulis des operam; et quum alteri satisfeceris, tum demum ad alteram animum tuum convertas.

Cave putes satis esse, si modo scientiam semel acquisiveris. Minime vero. Imo necesse erit eam enutrias, donec maturescat, et te non fugiat; quod fit commemoratione, et recordatione. Porro tironis exercitatio in his constat, scilicet, memoriæ mandando, discendo, et disquisitionibus familiaribus; ejus vero qui progressum in literis fecerit, docendo et libros componendo. Quum autem scientiam aliquam docere, aut de ea differere statueris, cave commisceas cum ea scientias alias; quippe unaquæque scientia satis est per se, ita ut aliarum consortio non egeat. Etenim alius scientiæ exploratio, quum alii incubu-

عجز عن استيكن اقسامه كمن يستعين بلغة في لغة اخري اذا ضاقت عليه او جهل بعضها، قال وينبغي للانسان ان يقرأ التواريخ وان يطلع علي السير ويجارب الامم فيصير بذلك كانه في غيره القصير قد ادرك الامم الخالية وعاصرهم وعاشرهم وعرف خيرهم وشرهم، قال وينبغي ان تكون سيرتك سيرة الصدر الاول فاترا سيرة النبي صلي الله عليه وسلم وتتبع افعاله واحواله واقتفى اثاره وتشبه به ما امكنك وبقدر طاقتك واذا وقفت علي سيرته في مطعمه ومشربه وملبسه ومنامه ويقظته وتهرضه وتطبيه وتبتعه وتطيه ومعاملته مع ربه ومع ازواجه واصحابه واعدايه وفعلت التسير من ذلك فانت سعيد كل السعيد، قال وينبغي ان يكثر اتهامك لنفسك ولا تحسن الظن بها وتعرض خواطرك علي العلبا وعلي تصانيفهم وتثبت ولا تعجل ولا تعجب فسمع العجب العثاك ومع الاستبداد الزلل ومن لم يعرق جبينه الي الابواب العلبا لم يعرق في الفضيلة ومن لم يخجلوه لم يبجله الناس ومن لم بكتوه لم ييسود ومن لم يحتبل الم التعلم لم يذق لذة العلم ومن لم يكدرح لم يفلح واذا

bueris, ne omnibus numeris sit perfecta, præpedit : ut si quis linguam aliam docens, cum ea aliam conjungat ; quum ei difficilis sit lingua altera, aut parum accurate noscatur.

Oportet historias perlegere, in mores perquirere, et gentibus diversis quasi familiariter versari, ita ut in brevitate vitæ gentes jamdiu extinctas quasi assequaris, iis fias cœqualis, cum iis societatem ineas, eorumque mores, tam probos quam pravos, perspectos habeas.

Decet mores tuos ad normam antiquorum formare. Legas velim mores prophetæ (Mohammedis scil.) et facta ejus, rationesque imiteris. Ejus vestigiis te decet insistere, ut, quantum fieri potest, et pro viribus tuis, ei similis evadas. Si autem mores ejus consideraveris, in cibo, in potu, in vestitu, in somno, in vigiliis, in morbo, in studiis, in oblectationibus, in voluptatibus, et quomodo se gesserit erga Dominum suum, erga uxores, erga socios, et erga inimicos ; moresque tuos ad ejus normam formaveris, tum demum omnium mortalium felicissimus evades.

Animum tuum suspectum habere oportet, neque de eo bonam retinere opinionem ; studia autem tua ad doctos, eorumque libros convertas, firmo insistens pedi, omnis festinationis expers, tui ipsius minime admirator ; siquidem cum admiratione est damnum, et qui propriis viribus confidat, lapsus est prior. Porro ille cujus frons ad portas doctorum nunquam sudaverit, in virtute radices non aget : et quem isti pudore nunquam affecerint, eum non venerabuntur homines : et quem isti nunquam reprehenderit, is non dominabitur : et qui non tulerit tædium laboris, delicias scientiæ nunquam gustabit : et qui labores nunquam sustulerit, felix non erit.

خلوت من التعلم والتفكر فحرك لسانك بذكر
 الله تعالى وبتسابيحه وخاصة عند النوم فيتشربه
 لبك ويعجن في خيالك وتتكلم به في منامك
 واذا حدث لك فرح وسرور ببعض الامور الدنيا فاذا
 الموت وسرة الزوال واصناف المنغصات واذا احزنك امر
 فاسترج واذا اعترتك غفلة فاستغفر فاجعل الهوت
 نصب عينك والعلم والتقي زادك الي الاخرة واذا
 اردت ان تعصي الله تعالى فاطلب مكانا لا يراك
 فيه واعلم ان الناس عيون الله علي العبد يريهم
 خيره وان اخفاه وشره وان ستره فباطنه مكشوف لله
 والله يكشفه لعباده فعليك ان تجعل باطنك خيرا
 من ظاهره وسرك اصح من علانيتك ولا تتالم اذا
 اعرضت عنك الدنيا ولو عرضت لك لشغلتك عن
 كسب الغضائل وقلها يتعمق في العلم ذو الثروة الا
 ان يكون شريف الهمة جدا وان يثري بعد تحصيل
 العلم واني لا اقول ان الدنيا يعرض عن طالب العلم
 بل هو الذي يعرض عنها لان همته مصروفة الي العلم
 فلا تبقي له التفتات الي الدنيا والدنيا انما تحصل
 بحرص وفكر في وجوها فاذا غفل عن اسبابها لم

Finita autem doctrina tua, et cogitatione, linguam exerceas tuam in Deo O. M. collaudando, præfertim sub somnum, ita ut eum imbibat cor tuum, in imaginationem tuam penitus infixus sit, deque eo in somnio tuo colloquaris. Quum autem gaudium tibi ac lætitia ob rem aliquam mundanam obvenerit, mortis reminiscaris, et quam cito omnia deflorescant, et quam multa sint, quæ vitam turbidam reddant, ingrathamque. Sin aliquid triste obvenerit, Deo O. M. confidas. Pro negligentia tua veniam petas. Proponas autem mortem ut scopum oculorum, scientiam autem pietatemque ut commeatum tuum pro vita futura. Quod si te Deo immorigerum exhibere velis, omnino tibi locus aliquis est quaerendus, ubi te ille non viderit. Scias autem homines quasi oculos Dei super servum suum esse constitutos; quibus probe ejus facta, etiamsi ipse celaverit, et prava ejus facinora etiamsi obtexerit, ostendit. Etenim intima cordis sui Deo patent, eaque servis suis denudabit. Cura autem ut intima cordis tui probiora sint, quam quæ præ te feras; et secreta tua puriora, quam patentia.

Ne doleas, quum vultus hujusce mundi tibi adversus fiat; etenim si tibi propensior esset, utique te a virtutibus acquirendis averteret. Quippe raro usu venit, ut opibus abundans scientiis penitus imbuatur, nisi pectore admodum generoso sit præditus. Quod si post scientiæ acquisitionem opulentus evadat, longe absit a me uti dicam, mundum vultum suum avertere ab eo qui scientiam petit; imo ipse potius censendus est a mundo vultum suum avertere; utpote cujus studium in scientiam, rebus mundanis posthabitis, conferatur. Mundi autem commoda studio ac sollicitudine multiplici acquiruntur;

تانه وايضا فان طالب العلم تشرف نفسه عن الصنابع
الرزلة والهكاسب الدنية وعن اصناف التجارات وعن
الذلل لارباب الدنيا والوقوف علي ابوابهم ولبعض
اخواننا بيت،
شعر

من جد في طلب العلوم افاده
شرف العلوم دناة التحصيل،

وجميع الطرق مكاسب الدنيا تحتاج الي فراغ لها وحذق
فيها وصرف الزمان اليها والمشتغل بالعلم لا يسعه
شي من ذلك وانها ينتظر ان تاتيها الدنيا بلا سبب
وتطلبه من غير ان يطلبها طلب مثلها وهذا ظلم منه
وعدوان ولكن اذا تمكن الرجل في العلم وشهرته
خطب من كل جهة وعرضت عليه المناصب وجاته
الدنيا صاغيرة واخذه وما وجهه موفر وعرضه ودينه
مصون واعلم انها للعلم عبقة وعرفا ينادي علي
صاحبه ونورا وضياء يشرق عليه ويدل عليه كتاجر
مسك لا يخفي مكانه ولا تجهل بضاعته وكمن
يهشي بهشعل في ليل مدلهم والعالم مع هذا محبوب
اين ما كان وكيف ما كان لا يجد الا من

quorum si ratio non habeatur, ad eum (sapientem scilicet) nunquam accedunt. Quinetiam ille qui scientiam petit excellentiore est animo, quam ut opificia ignobilia, vel lucra secularia, vel mercimonia diversa persequatur; vel coram magnatibus terrarum orbis sese submittat, eorumque januas frequentet; uti dixit quidam e fratribus nostris:

Qui excellit in scientia quærenda,
Tutus est a lucris sequioribus.

Etenim si commoda hujusce vitæ acquirere velis, ei vacare, eamque ambire, eique tempus tuum impendere omnino est necesse. Contra autem, ei, qui scientiæ dat operam, nihil hujusmodi opus est: expectat enim uti vitæ commoda ipsi obveniant ac illum quærant, licet ipse ea similiter non quærat; quod quidem ipsi turpe et facinus indignum videtur. Quum vero aliquis in scientia firmo constiterit pede, ac clarus evaserit; laus ejus in omnibus regionibus prædicari, eique vel adversarius propensiori esse animo solet. Tum vero commoda hujusce vitæ parvi pendere cœpit; eaque vultu non admodum exporrecto accipit, vel ab iis, salva religione, faciem suam avertit.

Scias autem scientiæ signum aliquod illustre inesse quod ad dominum ejus viam commonstrabit; lucem etiam, ac splendorem ei præluentem, ipsumque aliis indicantem: eodem profus modo, quo musci venditoris domus latere, vel merces ejus ignorari non potest; vel ut qui teda perambulat nocte tenebricosissima. Doctus interim in amore habitus est, ubicunque fuerit, et quocunque statu, neque aliquem invenit, qui ei propensus animo non fuerit; vel qui cum eo socie-

يهمل اليه ويوثر قربه ويانس به ويرتاح بهداناته واعلم
 ان العلوم تغور ثم تغور تغور في زمان وتغور في زمان
 بهنزة النبات او عيون المياه وينتقل من قوم الي قوم
 ومن موضع الي موضع، ومن كلامه ايضا نقلته
 من خطه، قال اجعل كلامك في الغالب بصفات
 ان يكون وجيزا فصيحاً في معني مهم او مستحسن
 فيه العازما وايهام كثير او قليل ولا تجعله مهلاً
 ككلام الجمهور بل رفعه عنهم ولا تباعده عليهم جداً،
 وقال اياك والهذر والكلام فيها لا يعني واياك والسكوت
 في محل الحاجة ورجوع النوبة اليك اما لاستخراج
 حق او اجتلاب مودة او تنبيه علي فضيلة واياك
 والضحك مع كلامك وكثرة الكلام وتبشير الكلام
 بل اجعل كلامك سرداً بسكون ووقار بحيث يستشعر
 منك ان وراه اكثر منه وانه عن خيرة سابقة ونظر
 متقدم، وقال اياك الغلظة في الخطاب والجفا في
 المناظرة فان ذلك يهذب بهجة الكلام ويسقط فايدته
 ويعدم حالوته ويجلب الضغائن ويحقق الهودات ويصير
 الغايل مستقلاً سكوته اشهي الي السامع من كلامه

tate ac familiaritate conjungi non concupierit ; neminem qui amicitiam cum eo colere non voluerit.

Scias etiam, scientias, quasi in terram ut aqua descendere, rursusque effervesce ; est ubi descendunt, est etiam ubi effervescent, plantarum ritu, vel instar aquarum fontium ; et ab alia in aliam gentem, ab alio in alium locum transferuntur.

Porro e sapienter dictis ejus, quæ sui ipsius manu exarata inveni, hæc sunt.

In colloquio tuo plurimus sis in definitionibus, quo sermo tuus compendiosus simul sit, ac disertus, sensu quodam gravi ac eleganti, propositum firmum ac persuasionem continens, sive id sit parvum, sive multum. Cave autem sermone negligenti, ut vulgi sermone, utaris ; imo eum a pedestri loquela quantum rite fieri potest, removeas.

Cave in garrulitatem inanem, sermonesque futiles incidas. Cave etiam taceas, ubi pro vicibus tuis respondere debes ; sive id sit ad veritatem eliciendam, sive ad amorem conciliandum, sive ad virtutem prædicandam. Cave rideas inter sermonem tuum ; vel longior sit, vel nimis abruptus. Imo sit sermo tuus bene confertus, gravitatem præ se ferens, dignitatemque ; ut palam fiat, multo plus subintelligi, quam ipsa verba sonant ; eaque esse quasi signa, vel specimina eorum quæ subesse videantur.

Quod asperum et durum est in disquisitionibus evites ; quippe quod sermonis venustatem auferat, utilitatem ejus demat, jucunditatem pervertat, odium secum afferat, et ne animi auditorum in nos sint propensiores efficiat. Porro hoc modo fit, uti orator contemptui sit habitus, utque silentium ejus res sit magis desiderata apud auditores, quam colloquium ejus,

ويثير النفوس علي معاندته وتبسط اللسان بهخاشنته
وازهاب حرمة، وقال لا تترفع بحيث تستقل ولا تتنازل
بحيث تستحسن وتستحقر، وقال اجعل كلامك كله
جدلا واجب من حيث يعقل لا من حيث تعناد وتالف،
وقال انترح عن عادات الصبا وتجرد عن مألوفات الطبيعة
واجعل كلامك لاهوتيا في الغالب لا ينفك من خبر
او قرآن او قول حكيم او بيت نادر او مثل ساير، وقال
تجنب الوقعة في الناس وثلب الهلوك والغلظة علي
المعاشر وكثرة الغضب وتجاوز الحد فيه، وقال استكثر
من حفظ الاشعار الامثالية والنوادر الحكيمة والبهاني
المستغربة،

ولهوفق الدين عبد اللطيف بن يوسف البغدادي
من الكتب،

كتاب غريب الحديث جمع فيه غريب ابي عبيد
الغاسم بن سلام وغريب ابن قتيبه وغريب الخطابي،
كتاب المهجرد من غريب الحديث، كتاب الواضحة
في اعراب الفاتحة، كتاب الالف واللام، مسالة في

utque animi in odium ejus excitentur, in eoque rodendo, et honore ejus detrahendo, exacuantur linguæ.

Neque ita superbe te geras, ut parvi pendaris; nec ita demisse, ut elegans simul habearis, et contemptus.

Sit omnis fermo tuus solidus, necessario existens ex eo quod ad sensum, non vero ex eo quod ad consuetudinem ac compositionem pertinet.

Ob consuetudines pueritiæ doleas; et ab iis familiaritatibus, quæ natura solum (ratione ac consilio non adhibitis) sint inita, te expurges. Sermo tuus quam maxime divinum aliquod sapiat; nec unquam desinat, vel circa historiam aliquam versari, vel Coranum, vel dictum aliquod sapiens, vel versum elegantem, vel proverbium usurpatum.

Reprehensionem adversus homines evites, et regum convicia, et morum asperitatem in familiarem, et excandescentiam, et ejus excessum.

Memoriæ tuæ quam plurima mandare oportet e carminibus celeberrimis, et sapienter dictis, et sententiis reconditis.

Catalogus Librorum quos composuit Mowaffekkeddin Abdollatiph Ben Yusef Bagdadendis.

1. Liber *Garib Alhadith* dictus, i. e. Miranda Traditionum; (in quo *Garib* Abi Obaid Alcafem Ibno'lsalam, et *Garib* Ibn Cotaibæ, et *Garib* Alchatabi in unum collegit.)
2. Libri supra dicti Compendium, *Almogrid* dictus.
3. Liber *Alwazeh* dictus (sive de Arabismo τὸ *Alfatih* i. e. capitis primi Corani.)
4. Liber de litera *Lamalif*.
5. Disquisitio de verbis D.O.M.

قوله سبحانه اذا اخرج يده لم يكذب يراها، مسالة
 نحوية، مجموع مسائل نحوية وتعاليق، كتاب رب،
 شرح بابت سعاد، كتاب زيل الفصيح، الكلام في
 ذات والصفات الذاتية الجارية علي السنة المتكلمين،
 شرح اوائل الفصل، خمس مسائل نحوية، شرح
 مقدمة بابشاد، شرح الخطب النباتية، شرح الحديث
 المسلسل، شرح سبعين حديثا، شرح اربعين حديثا
 طبية، كتاب الرد علي ابن خطيب الري في تفسيره
 سورة الاخلاص، كتاب كشف الطامه عن قدامه،
 شرح نقد الشعر لقدامه، احاديث مخرجة من الجمع
 بين الصحيحين، كتاب اللواء العزيز باسم الهلك
 العزيز في الحديث، كتاب قوانين البلاغة عمله
 بحلب سنة خمس عشرة وستماية، حواشي علي
 كتاب الخصايص لابن جني، كتاب الانصاف
 بين ابن بري وابن الخشاب فيهما رد به ابن
 الخشاب علي الهجمات للحري وانتصار ابن بري
 للحري، مسالة في قولهم انت طالق في شهر
 قبل ما بعد قبله رمضان، تفسير قوله عليه السلام
 الراحون يرحهم الرحمن، كتاب قبسة العجلان في
 النحو، اختصار كتاب الصناعتين لعسكري، اختصار

(in Corano scilicet.) “Cum protulerit aliquis manum suam, non facile erit, ut videat eam.” 6. Tractatus Grammaticus. 7. Collectio quaestionum Grammaticarum, &c. 8. Liber Rab dictus. 9. Commentarium in poema quod ita inquit, Discessit Soad &c. 10. Appendix in librum *Alfah* dictum. 11. Sermo de essentia ejusdemque qualitatibus, secundum opinionem Theologorum Scholasticorum. 12. Commentarium in principium libri *Almofsel*, sive *discernens* dictus. 13. Quaestiones Grammaticae quinque. 14. Commentarium in Praefationem *Babshad*. 15. Commentarium in Orationes Nobaticas. 16. Commentarium in Traditiones *Almofsal* sive Concatenatas dictas. 17. Explicatio Traditionum septuaginta. 18. Explicatio Traditionum quadraginta ad medicinam pertinentium. 19. Refutatio Expositionis *Ibn Chotaib Rohensis*, in Cap. Corani *Aloclas* i. e. *sincerus cultus Dei* dictum. 20. Manifesta injustitiae detectio. 21. Expositio poeseos. 22. Traditiones inter sinceros discussae. 23. Liber *signum gloriosum* dictus, qui de traditionibus sacris tractat. 24. Liber Canonum Eloquentiae. Apud Halebum composuit anno sexcentesimo decimo quinto. 25. Glossa in librum *Alchafais* i. e. *peculiares* dictum, auctore *Ibn Jani*. 26. Liber *Alansaf* sive *Dijudicatio* inter *Ibn Beri* et *Ibn'lochshaib*; quorum alter librum contra *Almocamat*, sive *Harriri Confessus*, alter vero ejusdem libri defensionem conscripsit. 27. Disquisitio in formulam illam, “*Tu es repudiatus &c.*” 28. Expositio dicti ejus (Mohammedis scilicet) “*Qui sint misericordes, eorum miserebitur misericors Deus.*” 29. Liber de Idglani ratione in Grammatica docenda. 30. Compendium libri *duarum artium* auctore *Alasceri*.

كتاب العهدة لابن رشيق، مقالة في الوقف، كتاب
 الجلي في الحساب الهندي، اختصار كتاب النبات
 لابي حنيفه الدينوري، كتاب اخر في فنه مثله،
 اختصار كتاب مادة البقا للتبهيي، كتاب الفصول وهو
 بلغة الحكيم سبع مقالات فرغ منه في شهر رمضان سنة
 ثمان وستماية، شرح كتاب الفصول لابقرط، شرح كتاب
 مقدمة المعرفة لابقرط، اختصار شرح جالينوس لكتاب
 الامراض الحارة لابقرط، اختصار كتاب الحيوان
 لارسطوطاليس، تهذيب مسایل ما بال لارسطوطاليس،
 كتاب اخر في فنه مثله، اختصار كتاب منافع الاعضا
 لجالينوس، اختصار كتاب آراء بقراط وافلاطن، اختصار
 كتاب الجنين، اختصار كتاب الصوت، اختصار
 كتاب المني، اختصار كتاب الات التنفس، اختصار
 كتاب العضل، اختصار كتاب الحيوان للجاحظ،
 كتاب في الات التنفس وافعالها ست مقالات، مقالة
 في قسمة الحيات وما يتقوم به كل واحد منها وكيفية
 تولدها، كتاب النخبة وهو خلاصة الامراض الحارة،
 اختصار كتاب الحيات للاسرايلي، اختصار كتاب
 البول للاسرايلي، اختصار كتاب النبض للاسرايلي،

31. Compendium libri *Omda* five *Columna*, auctore Ibn Rashic.
 32. Tractatus de convenientia. 33. Liber *Algali*, five *clarus* dictus, de Arithmetica Indica. 34. Compendium libri *Alnabat*, five *Plantarum*, auctore Abu Hanifa Aldinouri.
 35. Liber alius generis ejusdem. 36. Compendium libri cui titulus *Materia Durationis*, auctore *Altamimi*. 37. Liber Aphorismorum &c. tractatibus septem constans. Hunc librum complevit Noster, mense Ramadan, anno sexcentesimo octavo. 38. Expositio libri *Alfasoul*, five *Aphorismi*, auctore Hippocrate. 39. Expositio libri cui titulus, *Introductio in scientias*, auctore Hippocrate. 40. Compendium Expositio-
 nis Galeni in librum qui de morbis calentibus tractat, auctore Hippocrate. 41. Compendium libri de Animalibus, auctore Aristotele. 42. Concinnatio *Quæstionum* quarundam, auctore Aristotele. 43. Liber alius generis ejusdem. 44. Compendium libri de usu partium, auctore Galeno. 45. Compendium libri de dogmatis Hippocratis et Platonis. 46. Compendium libri *Alganem*, five de fœtu. 47. Compendium libri *Alfout*, five de voce. 48. Compendium libri *Almani*, five de spermate genitali. 49. Compendium libri de organis respirationis. 50. Compendium libri de musculis. 51. Compendium libri de animalibus, auctore *Algahith*. 52. Liber de organis respirationis, eorundemque operationibus, sex constans tractationibus. 53. Tractatus de variis febrium generibus, e quibus rebus singula constant, et unde originem ducant. 54. Liber *Alnachbeh* dictus, five de liberatione a morbis calentibus. 55. Compendium libri de febribus, auctore Israelita. 56. Compendium libri de urina, auctore Israelita. 57. Compendium libri de pulsatione, auctore Israelita. 58. Historia

كتاب اخبار مصر الكبير، كتاب اخبار مصر الصغير
 وترجمة كتاب الافادة والاعتبار في الامور المشاهدة
 والحوادث المعينة بارض مصر وفرغ من تاليفه من العاشر
 من شعبان سنة ثلاث وستماية بالبيت المقدس، كتاب
 تاريخ وهو يتضمن سيرته الفه لولده شرف الدين يوسف،
 مقالة في العطش، مقالة في الهاء، مقالة في احصا
